UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Arrogantia

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Arma.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

Arma, Græce ὅπλα τὰ dicuntur, & ὁπλιςὴς, ῆ, ὁ, armatus. Sunt arma cuiusque rei inſtrumenta. Omnia bellica inſtrumenta, quibus hoſtes arceri poſſunt, arma dicuntur, ab arcendo hoſte, vt Varroni placet. Quare fuſtes, ſaxa, aliaque huiusmodi, arma eſſe Caius Iuriſconſultus affirmat, quoties his ad hoſtes arcendos vtimur. Sunt itaque arma bellica ocreæ, caligæ, lanceæ, loricæ, thoraces, ſcorpiones, baliſtæ aliaque huiusmodi, quibus in bello vtimur. Fraudes inſidiantis arma dicuntur. Virg. *Et quærere conſcius arma.* Studiorum arma ſunt ſtylus, pugillares, librique. Et arma hæc omnia dici reor, quod armis, id eſt, humeris oneri ſunt, dum geruntur, auctoribus Pompeio & Seruio.

Arma proprie ſunt ſcuta, inquit, Scaliger, not. in Varr. vt Tarpeia oppreſſa armis Sabinorum, id eſt, ſcutis, & ancylia arma, ſunt ſcuta Saliorum: arma itaque ab armo, quod in eo geſtarentur. Armus eſt commiſſura brachiorum ab humeris, ἁρμὸς, articulus, compago: vt eſt illa brachiorum commiſſura. Generali nomine Hebræis arma, ſeu quæuis inſtrumenta, ſpeciatim bellica *Chelim* appellantur. *Cheli* proprie eſt vas, id eſt, inſtrumentum omnis rei. Generale nomen rebus plurimis tributum ſæpe, venatoriis, inſtrumentis muſicis, pacificis, bellicis. Hinc χέλυς, *Chelys*, teſtudo κιθάρα, ſecuris ἀξίνα, inſtrumentum foſſorium: & Latinum *Cala*, fuſtis; *Calones* item, nempe ſerui, qui militum inſtrumenta bellica geſtabant, vel ipſis ligna, neceſſariaque alia vitæ miniſtrabant.

Vas, quodlibet inſtrumentum, *Numer.*32.22. vas figuli, *Pſal.*2.9. Inſtrumentum ferreum, *Numer.* 35. 16. Venatoria inſtrumenta, Gen.27.3. Vaſa aurea, Eſth.1.7. Vaſa ærea, 2. Chron.4.16. Inſtrumenta muſica, Iſ.22.24. Arma ſeu inſtrumenta bellica, Deut.1.41. vbi frequenter. *Armi* nomine: in quo arma geſtarentur, non tantum humeros, ſed quæ ab humeris pendent brachia & manus, per quod manibus arma tractantur, ſica, pugio, gladius, telum, intelliguntur. Verbum Hebr. *Charam*, id eſt, interfecit, excidit, abſcidit de vita, vnde χάρμη Græcis, id eſt, pugna, prælium, arma fabricaſſe videtur. Arma, inquit Iſidorus, vel ab armis, id eſt, humeris dicuntur; vel ἀπὸ τοῦ ἄρεος à Marte armorum bellorumque apud Ethnicos præfecto. Generaliter igitur arma omnium rerum inſtrumenta ſunt: vnde & loca vbi reponuntur Armaria, dicuntur.

Arma Carnalia, quæ ad corporis tutamen pertinent, in genere deſignata ſunt apud ſacros authores, vt *Deuter.* 1. 41. *Iudic.* 18. 11. 1. Samuel. 8. 12. & 17. 58. & 20.40. & 2.8. & 31.19.20. *Item* 2. *Samuel.* 1. 27. & 17. 1. *Reg.*10.2. & 22.30.2. *Regum.*10.2. & 11.8. 10.11. *Item*, 1. Chron. 12. 9. 10. & 12. 33. 37. 2. *Chronic.* 9. 24. & 23. 7. & 32. 27. *Iob.* 20. 24. Pſalm.46.10. *Eccleſ.*9.18. *Ierem.*47.3. *Ezech.*39.9.10. *Luc.*11.22. Iohan.18.3.

Ægyptiorum, Syrorum, Philiſtæorum, Aſſyriorum, Babyloniorum, Perſarum, Græcorum, Romanorum, aliorum populorum veterum & noſtri ſeculi arma bellica ſi quis ſcripto deſignare conetur, magnum aggredietur volumen, quod Philologis, relinquimus, Lazius, Ponſonius, Lipſius, alii dudum multa obſeruatu digna ediderunt, quæ omnium manibus teruntur. Nunc de armis ſpiritualibus pauca quædam ſunt addenda.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Arma Spiritualia congrua.

Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me, ſicut veſtimento & diademate iudicio meo. *Iob.*29.

Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. *Sap.*5.

Induet pro thorace iuſtitiam & accipiet pro galea iudicium certum: ſumet ſcutum inexpugnabile, æquitatem. *Ibid.*

Indutus eſt iuſtitia vt lorica, & galea ſalutis in capite eius. Indutus eſt veſtimentis vltionis, & opertus eſt quaſi pallio cœli. *Eſa.*59.

Sed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. *Rom.*6.

Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſicut in die honeſte ambulemus. *Ibid.*

State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelii pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere; & galeam ſalutis aſſumite, & gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei. *Epheſ.*6.

Nos autem qui diei ſumus, ſobrii ſimus; induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis: quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. 1. *Theſſ.*5.

Arma ſpiritualia ſunt vtilia.

Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes: & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. 2. *Cor.*10.

De cætero fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. *Epheſ* 6.

Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. *ibid.*

Nam & qui certat in agone, non coronabitur, niſi qui legitime certauerit. 2. *Tim.* 2.

Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex. Non ſolum autem mihi, ſed & omnibus, qui diligunt aduentum eius. *ibid.*

Arma Deo tribuuntur, Pſalm.35.2. & improbis, Pſal.57.5. Prouer. 22.5.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Nihil eſt æquitati tam contrarium atque infeſtum, quam conuocati, armatique homines: nihil iuri tam inimicum, quam vis. *Pro Cæcinna Cicer.*

Nihil eſt exitioſius ciuitatibus, nihil tam contrarium iuri & legibus, nihil minus ciuile & humanum, quam conſtituta & compoſita Republica quicquam agi per vim. 3. *de Legib.*

Silent leges inter arma, nec ſe expectari iubent, cum ei qui expectare velit, ante iniuſta pœna luenda ſit, quam iuſta repetenda. *Pro Milone.*

Vide, Bellum.

Arrogantia.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Arrogantia, Græce ἀλαζονεία, & ἀλαζὼν, όνος, ὁ, arrogans dicitur. Eſt autem arrogantia, quædam filia ſuperbiæ, qua quis multum ſe exiſtimans, cæteros, quos infra ſe videt, deſpicit, & quibus non conſulendo loqui, ſed vix dominando dignatur, *vt habetur in Decretis diſt.*47. c. 1.

vel ſic:

Arrogantia, quæ modeſtiæ contraria eſt, eſt per quam temeritas atque impudentia vanam ſibi comparat authoritatem.

Arrogans eſt, qui ſibi attribuit, quod non habet. *ſecundum B. Thom. ſecun. Secundæ. q.* 112. *art.* 1.

Ἀλαζονεία authore Vlpiano, eorum eſt, qui plura promittunt, quam præſtare poſſunt. Eique contraria eſt εἰρωνεία quæ id, quod poteſt, minuit.

Arrogantia, Hebr. *Gaon,* quando tribuitur hominibus, vt plurimum in malam partem ſumitur. De hac nobis ſermo, *Gaah* verbum ſignific. Gloriatus eſt, eminuit, excelluit: & Deo proprie tribuitur. Homo peccator autem gloriam ſibi aſſumit in vanum, ſtultus eſt, quum ſe eminere & excellere putat, quinque pedum vermiculus, nihil habens quod non acceperit, & tamen ſibi omnia arrogans, Deum hominesque ſecure contemnens, ſibique ſemper occinens, Deus ſum. A *Gaah* γαίω glorior, & γαιῶ laceſſo arroganter, irrideo, quod ſuperbis, faſtuoſis & inſulſis iſtis nebulonibus ſolenne eſt. *Geeh,* arrogans, ſuperbus, tumidus: Iſai. 2.12. Pſal.94. 2. in plurali, Græc. γαίων. *Gé* etiam idem ac Geeh: Galli voce conſimili (*Gay*) vtuntur.

Quoniam vero arrogans & ſuperbus, nihil animo ſuo inuium & inacceſſum, ſed omnia ſibi facilia dictu factuque putat, quidam eius nomen deducunt à verbo *Lakah,* Accepit, comprehendit. Nihil enim iſti frequentius quam hæc, intelligenti pauca, ſcio quid velis, capio, & præſtantiora noui.

Arrogantia etiam dicitur *Sio* faſtus, elatio, à verbo *Naſa,* eleuauit, intumuit, vt videre eſt in fluctibus maris. Vide Pſalm. 89. 10. Ab eodem verbo *Maſſa,* id eſt, Onus, pondus ingens, vt onus Babylonis, Iſai.13.1. Quid enim ſtultitia & arrogantia grauius. Galli maſſam, ingens cuiuſuis rei (plumbi, ferri, argenti, auri, *vne maſſe* de plomb, &c.) pondus appellant.

Ἀλαζονεία dici poteſt inanis bonorum quorundam quæ non adſint prædicatio. Oſtentator autem ſeu arrogans (ἀλαζὼν) feſtiuè depingitur ab eruditiſſimo Theophraſto in characteribus ethicis, qui cum politis doctiſſimi Caſauboni commentariis editi doctorum manibus non ſine profectu teruntur.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Arrogantiam & ſuperbiam ego deteſtor, *Prouerb.*8.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Superbus & arrogans vocatur indoctus. *Ibid.* 21.
Abominatio Domini eſt omnis arrogans. *ibid.* 16.
Noli te extollere in faciendo opere tuo. *Eccleſ.* 10.
Quid eſt homo? & quid eſt gloria illius? *ibid.*
Dies Domini ſuper omnem ſuperbum & excelſum arrogantem, & humiliabitur. *Eſai.* 2.
Arrogantes fortium humiliabo. *ibid.* 13.
Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni, &c. *Eſai.* 40.
Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua. *Ier.* 9.
Arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui. *Ier.* 49.
Reſpondebit arrogantia eius in faciem eius. *Oſeæ* 5.
Viſitabo ſuper omnem, qui arroganter ingreditur ſuper limen in die illa. *Soph.* 1.
Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus. *Luc.* 17.
Non poteſt homo accipere quicquam, niſi datum fuerit ei de cœlo. *Ioan.* 3.
Quomodo poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ a ſolo Deo eſt, non quæritis? *Idem* 5.
Qui a ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit. *Idem* 7.
Quid habes quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris? 1. *Cor.* 4.
Non eſt bona gloria veſtra. 1. *Cor.* 5.
Qui gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt. 2. *Cor.* 10.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Horatius.

Metiri ſe quemque ſuo modulo, ac pede verum eſt.

Pindar.

Oportet iuxta ſuam quemque conditionem vniuscuiusque
rei ſpectare modum.

Martial.

Qui ſua metitur pondera ferre poteſt.

Horat. in epiſt.

Me libertino natum patre, & in tenui re,
Maiores pennas nido extendiſſe loqueris,
Vt quantum generi demas, virtutibus addas.

¶ Philoſophicæ Sententiæ.

Ex copia, atque rerum omnium affluentia, primo arrogantia nata eſt. *De lege Agr. ad pop. contra Rullum Cic.*
Deforme eſt de ſeipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum. 1. *Offic.*
Quum omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenij atque eloquentiæ multo moleſtiſſima. *Diuin. in Verr.*
Eſt minimè inepti hominis, & eiuſdem etiam faceti, cum de ſapientia diſceptetur, hanc ſibi ipſam detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam ſibi arrogant, vt apud Platonem, Socrates in cœlum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, cæteros: ſe autem omnium rerum inſcium fingit & rudem. *De clar. Orat.*
Ex animi habitu, & quia talis eſt omnis arrogans iudicatur: vt & mendax, qui duplex eſt: alius mendacio ipſo delectatur: alius gloriæ quæſtusque cauſa mentitur. Atque ij quidem qui cupiditate gloriæ aliquid ſibi tribuunt, ea ſibi ſumunt omnia, quæ vel ad laudem, & beatam vitam pertinent. Qui autem ſpe quæſtus ea ſibi vendicant, quæ etiam vſui ſunt proximis, quæque ſe minus adſint, celare & occultare licet. *lib. 4. Ethic. c. 7. Ariſt.*
Simulatio ſi in maius progrediatur, arrogantia, & qui eam habet, arrogans appellatur. *l. 2. Ethic. c. 7.*
Arrogans appellatur is, qui ſibi res magnas & præclaras ſumit & vendicat, cum non inſunt: vel maiora, quam quæ inſunt. *libro* 4. *Ethic. c. 7.*
Qui mentiuntur, vtrique ſunt illi quidem vituperandi: ſed maiore quadam ratione arrogans. *ibid. & l. 1. Mag. Mor. c. 32.*
Qui maiora ſibi quam quæ inſunt, vendicat & ſumit, rei nullius cauſa: eſt ille quidem improbo ſimilis: & tamen ſtulti potius quam praui ſpeciem gerere videtur. Qui autem alicuius rei cauſa id facit, ſi gloriæ vel honoris, non eſt ille quidem admodum vituperandus, qualis eſt arrogans. *l. 4. Ethic. c. 7.*
Arrogans quoniam deterior eſt, veraci videtur opponi. *ibid.*
De ſeipſo ſæpius loqui, prædicare, polliceriq; multa: aliena quoque benefacta, aſſerere, & vendicare ſibi, arrogantiæ eſt. *lib. 2. Rhet. cap. 6.*
Nec verò facultate ac poteſtate arrogans, ſed animo ac voluntate cernitur. *l. 4. Ethic. c. 7.*
Arrogans audax videtur eſſe, ſibique fortitudinem vendicare. Itaque quo ille animo in rebus aſperis eſt: eodem hic cupit videri. Quocirca quibuſcunque rebus poteſt, eum imitatur. Ita fit vt plerique eorum ita audaces ſint, vt etiam ignaui ſimul ſint, θρασύδειλες vno verbo Græci vocant. Cum enim hi audaciam præ ſe ferant: tamen nunquam res formidoloſas ſubeunt. *l. 3. Ethic. c. 7.*
Arrogantia victoriam ſæpè comitari ſolet. *Dion. Halicarn.* 6.
Arrogantia ſolitudinis eſt ſocia. *Plut. in Dione.*
Arrogantiæ vacuitas magnum eſt ad manſuetudinem viaticum: contra arrogantia moleſta eſt, plurimum[…] procreat. *Plut. in Comp. Ariſtidis & Catonis maioris.*
Plerumque hominibus nimia pertinacia atque arrog[…] dere ſolet, vt eo recurrant, & cupidiſſime petant, quo[…] contempſerunt. *Cæſar lib. 1. de bello ciuili.*
Auaritia & arrogantia ſunt præcipua validiorum vitia[…] *hiſt. lib.* 1.
Deus non ſinit alium præter ſe altum ſapere. *Herod. lib.* 1[…]
Arrogantis nomen mihi rectè vſurpari videtur in i[…] mulant eſſe ditiores & fortiores, quam ſint; & ea ſe fa[…] mittunt, quæ præſtare nequeunt, idque manifeſtè facere[…] accipiendi quippiam & lucrandi gratia. *Xenophon apud* […] *ſerm.* 22.
Mendacium quoddam duplex eſt, quod committitur[…] & minora dicendo, aut maiora & ſplendidiora quam ſ[…] Hoc quod fit circa minus diſſimulatio dicitur; illud vero[…] ca maius, arrogantia. *Themiſt. apud Stob ſerm.* 12.

¶ Apophthegmata.

Democrates iam ſenex aſcendens in arcem Athen. per[…] heloſus, idem ſe facere dixit, quod Athenienſes ſolerent, […] magnum quidem ſpirare, parum autem valere. *Stob. ſerm.* […]
Bion arrogantiam dicebat eſſe profectus obſtaculum. […] enim eſt, qui mauult doctus videri, quam eſſe. *Laert. lib.* […]
Demonax, ad Agathoclem Peripateticum arroganter[…] ſeſe & ſolum & primum eſſe dialecticorum: Si ſolus, […] primus eſſe potes? ſi primus, qui ſolus? *Eraſm. lib. 8.* […]
Idem, Cynico cuidam arroganter iactanti pallium, […] culum, ac ſubinde vociferanti, ſe Antiſthenis, Cratetis[…] ſectatorem eſſe. Impudenter, inquit, mentiris, quum […] diſcipulus. Alluſit ad vocem ὑπερειδεῖν, quod eſt per[…] deſpicere. Eſt autem & rhetoris nomen Hyperides. *Eraſ.* […] *apopht.*

¶ Similitvdo.

Diogenes, In arrogantia, quemadmodum in arm[…] non ſimilia ſunt interiora exterioribus. Item arrogan[…] paſtor quoquo libet vulgus hominum ducit. *Stob. ſerm.* […]

¶ Adagia.

Homo Bombylius. Βομβύλιος ἄνθρωπος.
Dicitur verboſus multiq; ſtrepitus, cæterum inutilis[…]
De pulmone reuellere.
Pro eo quod eſt, ſtultam & arrogantem opinionem […] *mere. Perſ.*
Dum veteres auias tibi de pulmone reuello.
Ipſe dixit, αὐτὸς ἔφα.
Quoties tanquam cuiuſpiam autoritatem ſignificam[…] *vel citra rationem, ad quiduis credendum ſufficiat.*
Auro loquente, nihil pollet quæuis oratio. χρυσοῦ […] ἀπρακτεῖ λόγος
Prouerbium indicat munera vbique longe plurimum[…]
Wann Goldt [illegible]to ſchweiget alle Welt ſtill.
Ne mihi Suffenus eſſem.
Ne mihi ipſe blandirer, ac ſtulte meipſum admirarer[…]
Ne ſutor vltra crepidam.
Id eſt: Ne quis de his iudicare conetur, quæ ſunt a[…] *ſione aliena. Plin.*
Gigantum arrogantia. Γιγάντων ἀπόνοια.
Gigantum amentia. Vbi quis viribus ſuis fretus […] *conſilio res non tentandas moliretur. Zenodorus.*
Magis ſibi placet, quam Peleus in machæra. μέγα φρ[…] Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ.
In eum competit, qui præter modum in re quapiam […] *ac tumet.*
Hic Rhodus, hic Saltus. αὐτοῦ Ῥόδος, αὐτοῦ πήδημα.
Vulgo iactatum de ijs, qui ſeſe de negotio iactarent […] *cuius fides non extaret. Conueniet item, vbi quis ſuſ*[…] *re, quod alibi ſe feciſſe iactat. Æſop.*
Atticus in portum. Ἀττικὸς εἰς λιμένα.
In eos dicebatur, qui illic virtutem oſtentare ſolent […] *eſt, atque vbi nihil opus eſt.*
Calliphanes. Καλλιφάνης.
Ridicula quædam huius nominis ambitio, prouerbi[…] *locum. Aiunt enim huic feciſſe Poetæ morem, vt diuer*[…] *num & orationum initia conſcriberet ad tres, aut qua*[…] *eaq; pronunciaret, oſtentaretq; quo commentum ignora*[…] *tiſcius & eruditus videretur. Archelaus.*
Bullatæ nugæ.
Ventoſa atque inania, bullæ dicuntur. Perſius.
Bullatis vt mihi nugis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...turgeſcat.
...ſuſpenſa hædera nihil eſt opus.
...Virtus non eget alienis præconiis. Præclara per ſe pla-
...ſiderant exoticam commendationem.
... ψελλίζειν.
...ioco dicebantur glorioſi, faſtuq; preturgidi. Suidas
...ſumptum a moribus Pſelli cuiuſpiam, qui cum re eſſet per-
...tamen affectabat haberi diues.
...omedonte. Theocrit. in Thal.
... καὶ τέκτων μέγ᾽ ἀπέχθεται ὅστις ἐρευνῇ
... κορυφᾷ τελέσαι δόμον ὠρομέδοντος.
...mihi magnopere faber eſt inuiſus, in altum
...ſtruit, adnitens ſuperare iugum Oromedontis.
...prouerbialis eſt, deterrens ab inſolentia, ne quis ſe præ-
...quibus cum nullo pacto eſt conferendus.
...in muſtaceis quærere.
...ex friuolis negotiis captare famam haud præclaram, neq;
...
...per plateas. Συβαρεῖται διὰ πλατείας.
...faſtuoſius ingredientes per viam, ſeſeq; velut oſtentan-
...ſumptum à faſtu, luxuq; Sybaritarum. Suid.
...pleni. τιτλίγμων ἀνάμεστοι.
...glorioſos ac ſtultos olim dicebatur, aut obſoletis, aut iam deſi-
... Ariſtophanes.
...Academia venis. ἀκαδημείηθεν ἥκεις.
...compoſito ceu docto. Quanquam & per ironiam tor-
...faſtuoſum & vultu tetrico philoſophum agentem.
...Iaconium. Βαδίζειν κραῖον ἐμπεπλεγμένον.
...apparet in faſtuoſum ac lentum quorundam inceſſum.
...als wolt er zum Opffer gehen.
...digito attingere.
...qui ſupra mortalium conditionem à Diis proximi eſſe
...cognatum illi, in Cœlo eſſe.
...lium. τὸ Διὸς σάνδαλον.
...dicebatur in eum, qui magni quippiam videri vel-
...Principis alicuius familiaritatem.
...ſubligaculo indutus, omnibus id oſtentat.
...qui propter inſolentiam, etiā ineptiſsimis rebus effertur.
...Maximus. κομπὸς Μάξιμος.
...dicebatur, qui ſibi plus ſatis arrogaſſet in ſapientia. Dio.
...Argiuum clypeum abſtulerit, ita gloriatur. ὡς τὴν ἐν
... καθελὼν, σέμνυνται Zenod.
...& magnificentius ſeſe gerentes dicebatur.
...incolumis redeat.
...prouerbij ſpeciem, quod eſt apud Theocritū in Hodæporis.
... τι λέγεις, καὶ τὸν ξεῖνον εἰς πόλιν, αὖθις
...
...ſi quid dicis & hoſpes vt vnde profectus,
...credeat, permittito.
...hodie dicimus, iis qui verbis & conuitiis ferociunt: Eia ſine
...viuere. Ey lieber laß jhn leben.
...ex cloaca facere.
...hominem vel nihili laudibus magnificis attollunt, dicun-
...ex cloaca facere. Tullianum eſt.
...in ſuo ſterquilinio multum poteſt.
...timidiores ſumus omnes, in ſuo quiſq; regno ferocior eſt
.... Es iſt ein wackerer Han auff ſeinem Miſt.
...iſtas. Iuuenal.
...latum ab auibus criſtatis, in quibus criſtæ erectiores, ala-
...atq; animorum indicia ſunt.
...ſupercilium. Ponere ſupercilium.
...Supercilia, inquit, hominis & pariter & alterne mobilia,
...pars animi: his negamus, his annuimus: hac maxime indi-
.... Superbia alibi conceptaculum, ſed hic ſedem habet, in
...ſcitur, hic ſubit, hic pendet.
...cornua.
...quod eſt, animo efferri. Tranſlatum à pecoribus quæ corni-
...tur. Ouid.
Tunc pauper cornua ſumit.
...gantia non ferenda.
...qui intoleranda ſunt arrogantia, non inſcite torquebitur
... ab Eumæo dictum in procos.
Τῶν ὕβρις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει. Id eſt,
...viſq; animus ferox contingit Olympum.
...pede metire. Horat.
...adagium, ne quis ſe dilatet vltra conditionem ſuam, ne-
...ex aſſentatorum laudibus, aut vulgi opinione, aut fortu-
..., verum propriis ac veris dotibus animiq; virtutibus æſti-
...
...peram ſapere. ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν. Lucian.
...trabit vel in pauperem, vel in philoſophum, ſed præcipue in
...num, quem Ieſus vetat cogitare de craſtino.
...eris, me videns, plane Martem videre, βλέπει γὰρ ἀντικρὺς
...ἄρη. Ariſt.
...qui ſe ſtrenue pollicebantur opitulatores, ac Martem quē-
...

❡ Exempla Sacra.

Arrogantia vitanda, *Roman.* 12.16. Exempla: Cain, *Geneſ.* 4.9. Simeon *Geneſ.* 34 30. Pharao, *Exod.* 5. 2. & 15.9. Goliat. 1. *Sam.* 17. 8. Roboam. 2. *Paral.* 10.14. Nabuchodonoſor, *Daniel.* 3,14. Iudæi, *Ioh.* 18.30. Pilatus, 19.10. ſummus Sacerdos, *Act.* 5.28. Herodes, 12.23. Antichriſtus, 2. *Theſſ.* 2.4.

❡ Historica Profana Exempla.

Ageſilaus, vt ipſe ſingulari modeſtia præditus erat, ita non tulit in aliis arrogantiam. Menecrates enim medicus quum deſperatæ quædam curationes ipſi feliciter ceſſiſſent, populari adulatione dictus eſt Iupiter. Hoc cognomento vir arrogantis ingenii delectatus, inſolentius vſus eſt eo titulo. Tandem quum & Ageſilao ſcriberet, nec veritus eſſet hac vti ſalutatione, Menecrates Iupiter Ageſilao regi ſalutem: rex eo offenſus proœmio, præterea nihil dignatus eſt legere, ſed reſcripſit in hunc modum, Rex Ageſilaus Menecrati ὑγιαίνειν, id eſt, bene valere, ac ſi dixiſſet, ſanam mentem tibi precor χαίρειν Græci dicunt, quibus bene precantur, ὑγιαίνειν, ambiguum verbum, fere in malum ſonat, quo ſignificamus abeſſe ſanitatem mentis.

Archidamus Ageſilai f. poſt conflictum apud Chæroneam cum à Philippo rege Macedonum literas accepiſſet acerbius ſcriptas, hūc in modum reſcripſit: Si metiaris vmbram tuam, haudquaquam reperies illam factam maiorem quam erat ante victoriam. Grauiter admonens, non eſſe prudentis ob fortunæ ſucceſſum intumeſcere, quum ipſe ſit nihilo maior. Æquum autem eſt, vt homo ſe ſuis & propriis bonis metiatur potius quam externis, quæ fortuna cum libet dat, cum viſum eſt eripit. *Plut. in Lacon.*

Lacedæmonis adeo fuit inuiſa arrogantia ſiue iactatio ſui, vt Ctheſiphontem, virum alioqui facundum ac diſertum, qui ſe prædicaret de re quauis vel totum diem poſſe dicere, apud ſe viuere paſſi non ſint. Quod boni oratoris eſſe dicerent: Habere ſermonem rebus parem, vt nec breuior ſit in dicendo, quam res poſtulet, nec prolixior.

Cicero cum ciuitatem Romanam coniuratis ſublatis à crimine perduellionis, ſiue coniurationis liberaſſet, eique pro iis beneficiis in Rempublicam decreti eſſent honores, ſibi iſtis honoribus i-placuit, ſeſeque admiratus eſt, vt multorum amor, in quo propter beneficia eſſet, in odium erga Ciceronem conuerteretur. *Author Plut. in Cic.*

❡ Apologi.

Talpa & Mus.

Cæcum quidem eſſe animal talpam, videtur minime incertum eſſe, ſed habet tamen quiddam oculorum ſimile, vel etiam oculos fortaſſe, quibus tenuiſſima membrana prætenditur. Huius generis vnum gloriatum de oculorum pulchritudine contra murem accepimus. Cui mus reſpondiſſe fertur: ô bellos oculos qui nihil aſpiciant.

Repræhendit fabula arrogantiam & inanes oſtentationes *Ioach. Cam. lib. Fab. p.* 221.

Mulus & Lupus.

Deuoraturus mulum lupus, quis vocaris tui? inquit. Ego ne, inquit mulus. Ita aio, inquit lupus, At enim, inquit mulus, neſcio, nam oppido puſillus parentes amiſi meos: audiſſe tamen quaſi per nebulam memini, de matre, inſculptum nomen meum eſſe in poſterioris pedis dextri vngula. Si videtur igitur leges, & ad lupum poſteriores pedes conuertit. Cui quaſi inſpecturo ſcripturam nominis, ictu vehemente caput affligit, & effracto vngulam illiſit in oſſa cerebro. Ille humi ſternitur, at vulpes, quæ omnia fieri cognouerat, irridet iacentem, ac: Heus tu literate, iſtic nunc ludum aperies ſcilicet, inquit, & mulorum nomina recognoſces.

Narratur fabula contra arrogantiam indoctorum, *Ioach. Camer. lib. Fab. p.* 200.

Lupus Piſcis.

Lupus piſcis robore & magnitudine eximia præditus, fluuii cuiuſdam imperium tenebat. Hunc ſuperbia & faſtidium præſentis fortunæ ad cupiditatem extulit regni marini. De oſtio igitur fluminis in pelagus enatat, atque ibi Delphino regnatori occurrens, cum & forma & mole inſueta terreretur, adoriente etiam hunc hoſtiliter Delphino, fuga ſe in amnem ſuum recepit, neque poſtea vnquam extra oſtium excurrere auſus.

Hoc fabula docet, ne quis ſibi neminem parem reperiri arroganti opinione perſuadeat, ac potius vt cogitet, id quod teutonico prouerbio fertur, etiam trans riuum homines inueniri. *Ioach. Cam. lib. Fab. p.* 255.

Vide ſuperbia.

Ars.

❡ DEFINITIO: ET ETYMOL.

ARs, Græce τέχνη, ης, ἡ, & τεχνικὸς, οῦ, ὁ, artificioſus dicitur, & eſt principium agendi in alio. *ſecundum Ariſt. l.* 12. *Metaph.*